


AÑO XLII. Viernes, 1.^o de Setiembre de 1899. NÚM. 17



BOLETÍN ECLESIÁSTICO

DEL

Obispado de Astorga.

SUMARIO.—Noticia del Prelado.—Carta-circular de la S. C. de Ritos, estimulando la devoción al S. Corazón de Jesús, versión latina y castellana.—E Secretaria Brevium.—Congregación de la Sagrada Inquisición.—S. Congregación de Ritos.—S. Congregación de Indulgencia.—Colegio sucursal del Seminario en la Puebla de Sanabria.—Estudios para la licenciatura en Teología, Derecho Canónico y Filosofía.—Patronato de la obra pía de los Santos Lugares de Jerusalén.—Movimiento del personal eclesiástico de la Diócesis.—Anuncio.

NOTICIA DEL PRELADO

Hállase en la actualidad nuestro Ilmo. y Rdmo. Sr. Obispo en Burgos tomando parte en los trabajos del Congreso Católico que se está celebrando; de donde piensa regresar inmediatamente á esta su Diócesis para continuar en ella la Sta. Visita.

Sagrada Congregación de Ritos

DE CULTU SACRATISSIMI CORDIS JESU AMPLIFICANDO

Rme. Domine: Etsi gratum semper mihi fuit officium communicandum Ecclesiæ Præsulibus ea, quæ supremus ejusdem Pas-

or illis significanda præscripserit; gratissimum modo accidit patet facere singulis Sacrorum Antistibus suavissimam animi voluptatem, quam SSmus. D. N. Leo PP. XIII percepit ex promulgatione novissimæ suæ Epistolæ Encyclicæ, qua universum humanum genus Sacratissimo Cordi D. N. Jesu Christi solemniter devovendi auctor fuit. Novit enim quanta animi propensio- ne, quo consensu voluntatum fuerint eae litteræ ab omnibus tum pastoribus tum fidelium gregibus receptæ, et quam prompte ac studiose fuerit illis ubique obsecundatum.

Ipsemet sane Summus Pontifex cunctis exemplo præivit; et ad suas Vaticanas Aedes, in sacello, cui a Paulo V nomen est. instituta per Ipsum supplicatione, universum terrarum orbem divino Jesu Cordi obtulit et devovit. Cujus exemplum secutus romanus populus, magna frequentia convenit in Patriarchales et minores Basilicas, in templo quælibet curialia, in aedes sacras prope singulas; ibique solemnem consecrationis formulam iteravit, unoque veluti ore confirmavit.

Protinus allatæ sunt undique litteræ, et quotidie afferuntur, nuntiantes, eundem consecrationis ritum, pari studio ac pietate, peractum fuisse in unaquaque diœcesi, imo in singulis ferme ecclesiis; neque Italiæ solum et Europæ, sed et regionum maxime dissitarum. Cujus universi catholici populi consensus in obsecundando votis et voluntati supremi omnium Patris, profecto laus maxime debetur sacris Præsulibus, qui suis gregibus ejusmodi in re auctores fuerunt ac duces. Quapropter, Summi Pontificis obsequens desiderio, Tibi et singulis, qui tuæ subjacent potestati, animarum regimen gerentibus, Ejus nomine, magnopere gratulor et gratias ago.

Siquidem, ut in iisdem encyclicis litteris Beatissimus Pater edicit, uberes iucundisimosque fructus, nedum in singulos christifideles verum et in universam christianam familiam, et in omne genus hominum ex hac solemnî oblatione derivaturos confidit, et nos cum Eo confidimus. Omnes enim intime persentiut, quam necessarium sit, ut languescens nimium fides vividius excitetur; ut sinceræ caritatis ardor ignescat; ut exsultantibus nimium cupiditatibus frena injiciantur, moribusque in dies contabescentibus

medicaminis nonnihil afferatur. Omnia in votis esse debet, ut humana societas suavissimo Christi imperio subjiciatur. Ejusque regium jus, divinitus Ei in omnes gentes collatum, civiles etiam potestates cognoscant et revereantur; quo fiat ut Ecclesia Christi, quæ regnum Ipsius est, magis magisque amplificetur et ea perfruatur libertate et quiete, quæ ad novos usque triumphos comparandos prorsus est ei necessaria. Ad hoc denique ab omnibus intendum est, ut innumeris gravissimisque injuriis, quæ quotidie, in universo orbe, divinæ majestati ab ingratissimis hominibus inferuntur, compensare piis operibus ac reparare studeamus.

Verum ut concepta spes novas in dies vires acquirat, ac bonum ejusmodi semen affluenter germinet, uberioremque afferat messem, necesse est ut jam excitata pietas erga sacratissimum divini Redemptoris Cor stabilis perseveret, imo alatur indesinenter. Constans enim perseverantia in precibus quamdam, ut sic loquar, vim afferet dulcissimo Jesu Cordi, ut earum recludat fontes gratiarum, quas Ipse met cupidissime elargiri desiderat, quemadmodum B. Margaritæ Alacoque, amantissimæ suæ, significavit non semel.

Quamobrem Summus Pontifex, me usus suæ voluntatis interprete, Amplitudinem Tuam et universi catholici orbis sacrorum Antistites vehementer hortatur, ut, cœptis alacres insistentes, ea excogitent et constituant, quæ pro varia locorum ac temporum conditione, ad optatum finem assequendum magis conducibilia videantur.

Ipse vero Beatissimus Pater commendat quam maxime eum morem, qui jam in pluribus ecclesiis obtinuit, ut per integrum mensem Junium varia pietatis obsequia divino Cordi publice præstentur: quod ut Lubentius perficiatur, thesaurus Ecclesiæ reserans, tercentorum dierum indulgentiam christifidelibus impertit, toties lucrandon quoties sacris ejusmodi exercitiis interfuerint; plenariam vero iis qui saltem decem in mense vicibus idipsum præstiterint.

Magnopere etiam in votis habet Sanctissimus Dominus, ut praxis, alte commendata, ac pluribus jan in locis usurpata, qua, prima qualibet sexta feria cuiusvis mensis nonnulla obsequia pera-

guntur in honorem Sanctissimi Cordis, largius assidue propagatur: recitatis publice Litaniis, quas nuper Ipse probavit, et itera ta consecrationis formula a se proposita. Quæ praxis si in chris tiano populo augescat, et quasi in morem transeat, jugis erit et frequens affirmatio divini illius et regii juris, quod Christus in om ne humanum genus à Patre accepit, et effuso sanguine acquisivit. Quibus obsequiis ipse lenitus, utpote qui dives est in misericordia, mireque propensus ad homines beneficiis cumulandos, et eorum nequitiae obliviscetur et ipsos nedum ut fideles subditos, verum ut amicos et filios carissimos amplectetur.

Praeterea Beatissimus Pater vehementer exoptat ut adolescentes, ii maxime qui litteris scientiisque dant operam, in eas societas congregentur, quæ pii *cætus* vel *sodalicia a Sacro Jesu Corde* nuncupentur. Constant nimurum ex illo delectorum adolescentium agmine, qui, dato sponte nomine, statutâ per hebdomadam die et hora, in ædicularis aut temp'la, aut ipsorum litterariorum ludorum sacella conveniunt, ibique alicujus sacerdotis ductu pia quædam in honorem sacri Cordis Jesu exercitia devote peragunt. Si gratum acceptumque divino Redemptori pium quodvis accidit obsequium, quod ipsi a suis fidelibus exhibeat, jucundissimum profecto illud est, quod e juvenili pectore elicetur. Nec vero sermone assequi possumus quantopere id ipsum juvenili eidem ætati sit profuturum. Assidua enim divini Cordis contemplatio, et penitior virtutum ejus et ineffabilis amoris cognitio nequit ferventes juvenum cupiditates non frangere, et virtuti sectandæ stimulus non adjicere.—Qui pariter coetus iniri ac frequentari poterunt inter adultos, in iis quæ varii generis, *Societatis catholicæ* nuncupantur.

Ceterum piæ ejusmodi exercitationes, quas memoravi inus, nullimode a Sanctissimo Patre indicuntur; sed omnia ipse episcoporum prudentiæ et sagacitati permittit, in quorum studiosa propensissimaque voluntate plane confidit: illud unice exoptans, ut in populis christianis pietas erga Sacratissimum Cor Domini Jesu indesinenter floreat et virescat.

Interim Amplitudini Tuæ diuturnam ex animo felicitatem adprecor.

Amplitudinis Tuæ uti Frater.—Romæ ex Secretaria SS. Rituum Congregationis die XXI Julii, anno MDCCCLXXXIX.—C. Episcopus Prænestinus *Card. Mazzella*, S. R. C. Præfectus.—*D. Panici*, S. R. C. Secretarius.

VERSIÓN ESPAÑOLA

Carta-circular de la Sagrada Congregación de Ritos, para estimular la devoción al Sacratísimo Corazón de Jesús.

REVERENDÍSIMO SEÑOR:

Siempre ha sido grato para mí el dar cumplimiento á los mandatos del Supremo Pastor de la Iglesia, comunicando sus resoluciones á los Obispos; pero con la más viva satisfacción voy á poner ahora en conocimiento de todos ellos el suavísimo gozo que experimentó Su Santidad el Papa León XIII con la promulgación de su última Encíclica, en que tomó la iniciativa de consagrar solemnemente todo el género humano al Sagrado Corazón de Nuestro Señor Jesucristo. Sabe ya, en efecto, la favorable acogida que unánimamente dieron á sus letras, así los Pastores como sus rebaños, y el celo y la diligencia que pusieron unos y otros en conformarse con sus disposiciones.

El mismo Padre Santo dió el ejemplo, y habiendo mandado que dentro de su palacio del Vaticano, en la capilla Paulina, se hicieran públicas y solemnes plegarias, ofreció y consagró el universo entero al Deílico Corazón de Jesús.

Imitando tal ejemplo, el pueblo romano acudió en masa á las Basílicas patriarciales, á las menores, á todas las parroquias y casi á todos los lugares dedicados al culto, y renovó la solemne fórmula de consagración y, como si fuera un solo hombre ratificó los compromisos que la fórmula contiene.

Pronto comenzaron á llegar, y todavía siguen llegando, cartas de todas partes, que anuncian haberse verificado en todas las diócesis y casi en todas las iglesias, con el mismo entusias-

mo y la misma piedad que en Roma, el acto de consagración al Corazón de Jesús. Estas noticias no se reciben solamente de Italia, ni solamente de Europa, sino de los países más remotos.

Esta unanimidad de todo el pueblo católico en responder á los deseos y la voluntad del Pádre común de los fieles redonda singularmente en honor de los Obispos, que en la ocasión presente han dado dirección e impulso á sus rebaños, por lo cual, ajustándome al deseo del Sumo Pontífice, os envio, Reverendísimo Señor, su felicitación más sincera, extensiva á todos los que, bajo vuestra autoridad, se ocupan en procurar la salud de las almas.

Como lo declara el Padre Santo en aquella misma Encíclica, deben obtenerse copiosos y consoladores frutos de esta solemne consagración, no solamente para cada familia en particular, sino para toda la sociedad cristiana y aun para todo el género humano. Tal es la esperanza de Su Santidad, en que también Nós abundamos. Porque, conforme al general e íntimo sentir, ¡cuán necesario es que se robustezca la fe, harto vacilante; que se encienda la llama de la sincera caridad; que se ponga mayor freno á la fogosidad de las pasiones y se remedie la corrupción de las costumbres, más patente cada vez!

Todos deben querer que la sociedad humana se someta al suave imperio de Jesucristo, y que hasta los mismos poderes civiles conozcan y acaten la real potestad que le fué dada desde lo alto sobre todas las naciones. Así irá en aumento el desarrollo de la Iglesia de Jesucristo; así disfrutará de la tranquila libertad que le es absolutamente necesaria para conseguir nuevas victorias; finalmente, todos debemos esforzarnos, haciendo obras de piedad, en ofrecer á la Majestad Divina las compensaciones y reparaciones por los gravísimos e innumerables ultrajes que diariamente recibe de la ingratitud de los hombres.

Pero á fin de que la esperanza que Nos anima se arraigue más cada vez; á fin de que la buena semilla de que hablamos germine prósperamente y produzca los más abundantes frutos, es indispensable que el renuevo de devoción al Corazón Sacratísimo, no sólo se mantenga con perseverancia, sino que

crezca continuamente, porque la firme constancia de la oración hará, como si dijéramos, violencia al dulcísimo Corazón de Jesús para que nos abra el manantial de gracias que ardentísimamente quiere derramar sobre nosotros, como lo manifestó más de una vez á su sierva muy amada la bienaventurada Margarita María de Alacoque.

Así es que el Sumo Pontífice haciéndome su intermediario para dar á conocer su voluntad, os exhorta vivamente, Reverendísimo Señor, y lo mismo á todos los Obispos del orbe católico, á proseguir con todo ardor en lo que habéis comenzado; á arbitrar los medios que, dada la diversidad de tiempos y lugares, parezcan más conducentes al deseado fin, y á establecer lo que se juzgue más propio para obtener tal resultado.

El Padre Santo da su más amplia aprobación á la costumbre, ya establecida en muchas iglesias, de ofrecer públicamente, durante el mes de Junio al Corazón Sacratísimo de Jesús, varios homenajes de piedad. Para fomentar esta práctica, abriendo los tesoros de la Iglesia, concede á los fieles 300 días de indulgencia por cada vez que asistan á tan piadosos ejercicios, y á los que asistieren por lo menos diez veces durante el mes, concede una indulgencia plenaria.

Su Santidad desea cordialmente ver propagarse á los puntos más remotos la práctica, sobre toda ponderancia recomendable y en muchos lugares observada, de dedicar los primeros viernes de mes algún ejercicio piadoso á honra del Sagrado Corazón. Se rezan en este ejercicio las letanías del Corazón de Jesús, recientemente aprobadas por Su Santidad y se repite la fórmula de consagración que Su Santidad ha compuesto. Si esta costumbre se introduce en todo el pueblo cristiano y arraiga en él, vendrá á ser como frecuente y constante afirmación del regio y divino derecho que Cristo Jesús recibió de su Padre sobre todo el género humano y que Él mismo adquirió vertiendo Su Sangre preciosísima. Calmado con este homenaje, el mismo Jesucristo, que es rico en misericordias y maravillosamente inclinado á llenar de beneficios á los hombres, olvidará la iniquidad de éstos y les tenderá sus bra-

zos, no sólo mirándoles como súbditos fieles, sino como amigos suyos é hijos amadísimos.

Además, desea grandemente el Padre Santo que todos los jóvenes y singularmente los que se dedican al estudio de las letras y las ciencias, se alisten en las Sociedades llamadas *Asambleas piadosas*, ó *Cofradías del Sagrado Corazón*, formadas de jóvenes escogidos que, luego de haberse inscrito espontáneamente, se reunen todas las semanas en día y hora fijos, y bajo la dirección de un Sacerdote hacen piadosamente ejercicios para honrar el Divino Corazón en algún oratorio ó iglesia y hasta en la capilla de cualquier colegio. Y si el Corazón de Jesús acoge favorablemente el homenaje de piedad que le tributa cualquier cristiano, gratísimo le es el que recibe del corazón de los jóvenes. Y no contemos, porque no lo sabríamos decir, todos los beneficios que esta práctica puede proporcionar á la juventud, porque no es posible que la asidua contemplación del Corazón de Jesús, la consideración más honda de sus virtudes y el conocimiento de su inefable amor, no domen las pasiones de la juventud y no la sirva de poderoso estímulo para la práctica de todas las virtudes.

Podrán establecerse para los adultos reuniones del mismo género, que frecuentarán los diversos grupos conocidos por el nombre de *sociedades católicas*.

Por lo demás, ha de advertirse que los varios ejercicios que acaban de mencionarse en ninguna manera son precepto que imponga á nadie el Padre Santo, sino que para todo esto se remite á la prudencia y penetración de los Obispos, en cuyo celo y buena voluntad pone toda su confianza. El único deseo de Su Santidad es que no cese de florecer y aumentar en los pueblos cristianos la devoción al Corazón Sacratísimo de Jesús.

Entre tanto, os deseo, Rvmo. Señor, la mayor prosperidad.

Roma, de la Sagrada Congregación de Ritos, 21 de Julio de 1899.

C. Card. MAZZELLA,

Obispo de Palestrina, Prefecto.

D. PANICI, *Secretario.*

E SECRETARIA BREVIUM

INDULG. 300 DIERUM CONCEDITUR PRO DIOEC. MASSILEN, ET MONASTERIIS
A VISITATIONE RECITANTIBUS LITANIAS DE S. CORDE JESU.

LEO PP. XIII

Ad perpetuam rei memoriam.—Cum sicut Nobis exponendum curavit Venerabilis Frater Episcopus Massiliensis, tum in diœcesi sua, tum in Monasteriis a Visitatione ubique terrarum existentibus, fideles recitari consueverint nuper a Sacrorum Rituum Congregatione approbatas Litanias de Sacro Corde Jesu, nos ut tam frugifera pia exercitatio uberiora in dies incrementa capiat, de Omnipotentiis Dei misericordia ac BB. Petri et Pauli App. ejus auctoritate confisi; omnibus et singulis fidelibus ex utroque sexu qui vel intra fines diœcessis Massilien, vel ubique terrarum in Monasteriis a Visitatione, corde saltem contrito memoratas de Sacro Corde Jesu Litanias publice vel privatim recitent, quo anni die id agant, trecentos iis dies in forma Ecclesiae solita de pœnaliū numero expungimus ac largimus pariter iis liceat partiali hac Indulgentia labes pœnasque functorum vita si malint, expiare. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut præsentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibetur quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Pisatoris, XXVIII Martii MDCCCIC, Pontificatus Nostri anno vigesimo secundo.—Pro Dno. Card. Macchi.—L. **S.**—NICOLAUS MARINI, Subst.

CONGREGACIÓN DE LA SAGRADA INQUISICIÓN.

CIRCA RENOVATIONEM CONSENSUS, AD HOC UT, SUBLATO IMPEDIMENTO, MATRIMONIUM CONVALIDETUR

Beatissime Pater: Amalia protestans non baptizata, nupsit Joanni protestanti baptizato: durante matrimonio, Amalia baptizata fuit in Protestantismo et vixit cum marito per aliquod tempus. Decursu temporis ipsa certior facta est illicitos foveri amores Joannem inter et certam mulierem. Quapropter ipsi valedixit, et brevi post, a Tribunali civili obtinuit divortium ex *capite adulterii* ex parte mariti. Nunc autem Amalia postulat licentiam contrahendi secundas nuptias cum viro catholico.

Notandum quod protestantes non recognoscunt matrimonium inter baptizatum et non baptizatum, esse nullum.

Quibus positis, Archiep. N. N. ad pedes S. V. provolutus, humiliter quærerit:

¿Posita ignorantia nullitatis matrimonii *ex capite disparitatis cultus*, conversatio maritalis Amaliæ cum Joanne revalidavitne matrimonium post baptismum Amaliæ?

Fer. IV, die 8 Maii 1899.

In Congregatione Generali coram EEmis. ac RRmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, proposito suprascripto dubio, præhabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Prævio juramento ab Amalia in Curia N. N. præstanto, quo declarerit matrimonium contractum cum Joanne post baptismum ipsius Amaliæ, ab iisdem, scientibus illius nullitatem, ratificatum non fuisse in loco ubi matrimonia clandestina vel mixta valida habentur, et dummodo R. P. D. Archiepiscopus moraliter certus sit de asserta ignorantia sponsorum circa impedimentum disparitatis cultus, detur mulieri documentum libertatis ex capite ipsius disparitatis cultus.

Sequenti vero Fer. V, die 9 ejusdem mensis et anni SSmus. D. N. Leo Pp. XIII, per facultates Emo. Cardinali hujus Supremæ Congregationis Secretario impertitas, resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobare dignatus est.—I. Can. MANCINI, S. R. et U. Inquis. Not.

II

CIRCA DISPENSATIONEM MIXTAE RELIGIONIS, DISPARITATIS CULTUS, ET SANATIONEM IN RADICE IN ARTICULO MORTIS.

Beatissime Pater: Episcopus N. N. ad pedes S. V. provolutus humiliter exponit quod in sua Dioecesi, inter catholicos viros commorantur perplures haeretice quorum baptismus graves dubitationes circa validitatem p[re]se fert. Itaque Episcopus Orator, pro iis qui versantur in articulo mortis et in concubinatu reperiuntur cum talibus haereticis, vel copulati cum solo vinculo civili, petit facultatem (delegabilem etiam parochis) dispensandi ab impedimentis mixtæ religionis vel disparitatis cultus, quatenus adsint, dummodo ambo contrahentes, vel saltem pars catholica, promittat educationem prolixi juxta religionem catholicam, vel saltem dictam educationem prolixi nasciturae, quando proles nata jam excesserit septimum aetatis annum,

Feria IV, die Aprilis 1899.

In Congregatione Generali S. Romanæ et Universalis Inquisitionis habita coram EEmis. ac RRmis. DD. Cardinalibus rebus fidei et morum Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, ac rite perpensis omnibus tum juris tum facti rationum momentis, præhabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Quoad dispensationem super impedimento disparitatis cultus, cum agatur de impedimento dirimente, provisum per decretum 20 Februarii 1888. Quoad dispensationem super impedimento mixtæ religionis, pro casibus, in quibus omnes dentur cautiones, et Episcopus moraliter certus sit easdem impletum iri, suppliandum Sanctissimo pro facultate dispensandi ad triennium. Pro

casibus vero, in quibus vel præhabito actu mere civili, vel contractu coram ministro hæretico, vel utroque simul, non omnes prœstantur cautiones, vel Episcopus moraliter certus non sit easdem impletum iri, supplicandum pariter SSmo. pro facultate sanandi in radice matrimonia itidem ad triennium, constito in hujusmodi casibus de perseverantia consensus utriusque partis, facta ab Episcopo singulis vicibus expressa S. Sedis delegationis mentione, prævia absolutione a censuris, si opus sit, et monito morituro de gravissimo patrato scelere, eoque certiorato, ob talem dispositionis gratiam a se acceptatam, matrimonium validum ac legitimum et prolem susceptan utriusque sexus legitimam habendam esse, cujus in religione catholica educationem, nec non prolis pariter utriusque sexus forsan suscipiendæ, una cum viri ad catholicam fidem conversione si moriens convalescerit pro viribus curare gravissima ac continua obligatione tenetur, descripto tandem in Regestis matrimonio, simulque ad servato in Curia documento hujusmodi concessionis communicationis, acceptationis, absolutionis et declarationis moribundi, servatis de cetero decretis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Feria vero VI, die 14 ejusdem mensis et anni, in audience a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adssessori S. O. impertita, SSmus. D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit ac prædictas facultates benigne concessit.—I. Can. MANCINI, S. R. et U. Inquis. Not.

III

UTRUM PARS FIDELIS UTI POSSIT PRIVILEGIO PAULINO SI POST
CONVERSIONEM COMMISSERIT ALIQUOD DELICTUM

Beatissime Pater: Aemilius van Henexthoven, Superior missionis Kwangensis in Africa Societatis Jesu Patribus demandatae, ad S. V. pedes provolutus humiliter exponit quæ sequuntur:

Non semel S. Sedes declaravit adulterium et alia delicta ante baptismum commissa, ita per baptismum condonari, ut

pars infidelis, quæ ideo declinaret cohabitationem, permitteret alteri parti baptizatæ usum privilegii Paulini.

Quid autem si post baptismum adulterium vel delictum fuerit iteratum, ita tamen, ut moraliter constet, quia v. gr. jam magnis spatiis separati erant conjuges, hæc facta posteriora nullatenus causam esse discessus partis infidelis, quæ nec de baptismō nec de moribus post baptismum inductis sollicita aequo etiam secuta emendatione detrectasset cohabitationem.

Quo casu posito supradictus Orator enixe supplicat S. V. pro responsione ad hæc duo dubia:

I. An delicta, quæ post baptismum sunt commissa, sed nullatenus attenduntur a parte infidieli, vel etiam quandoque penitus ignorantur, obstent, quominus pars baptizata uti possit privilegio Apostoli?

II. An illo casu licitus sit usus facultatis Apostolicæ, vi cuius in dicta missione dispensari potest a faciendis interpellationibus requisitis?

Feria IV, die 19 Aprilis 1899.

In Congregatione Generali S. Romanæ Universalis Inquisitionis ad EEmis. ac RRmis. DD. Cardinalibus in rebus fidei et moralibus Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, rite perpensis omnibus tum juris tum facti rationum momentis, præhabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Dentur Oratori Decretum S. Officii 5 Augusti 1759, et Instructionis S. C. de Propaganda Fide 16 Januarii 1797, et ad mentem.—Mens est ut in dubiis judicium sit semper in fidei favorem.

Porro Decretum S. Officii 5 Augusti 1759 ad Episcopum Coccinensem, in resp. ad II, sic se habet:

«Cum militet ex parte conjugis conversi favor fidei, eo (privilegio) potest uti quacumque ex causa, dummodo justa sit, nimis si non dederit justum ac rationabile motivum alteri coniugi descendendi, ita tamen ut tunc solum intelligatur solutum coniugum vinculis matrimonialis cum infidieli, quando conjux con-

»versus (renuente altero post interpellationem converti) transit
»ad alia vota cum fideli.»

*Instructio vero S. C. de Propaganda Fide 16 Januarii 1797
pro Sinis est prout sequitur:*

«In casu matrimonii disolvendi ex privilegio in favorem fidei
»promulgato ab Apostolo duo hæc tantum spectanda, de quibus
»fieri debet interpellatio: 1. Utrum pars infidelis velit converti.
»—2. Utrum saltem velit cohabitare sine contumelia Creatoris,
»nulla præterea habita ratione, utrum nec ne præcesserit sive
»adulterium sive repudium.»

Sequenti vero feria VI, die 21 ejusdem mensis et anni in
audientia a SS. D. N. Leone Pp. XIII R. P. D. Adessori S. O.
impertita, SS. D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adproba-
vit.—I. Can. Mancini, S. R. et U. Inquis. Not,

Sagrada Congregación de Ritos.

Circa missam exequialem lectam, loco cantatæ.

Instantibus aliquibus Parochis, Sacrorum Rituum Congrega-
tioni sequens dubium propositum fuit: «An pro paupere defuncto
cujus Familia impar est solvendi expensas Missæ exequialis cum
cantu, hæc Missa legi possit sub iisdem clausulis et conditionibus
quibus præfata Missa cum cantu conceditur.»

Et Sacra eadem Congregatio, exquisito voto Commissionis
Liturgicæ, omnibusque rite expensis, rescribendum censuit:
Affirmative seu permitti posse in casu Missam exequialem lectam,
loco Missæ cum cantu, dummodo in dominicis & aliisque Festis de
præcepto non omittatur Missa officio diei currentis respondens.

Die 9 Maii 1899.

Quibus omnibus Ssmo. Domino Nostro Leoni Papæ XIII per
infrascriptum Cardinalem Sacræ Rituum Congregationi Præfec-
tum relatis, Sanctitas Sua rescriptum Sacræ ipsius Congregatio-
nis ratum habuit et confirmavit, die 12 Junii eodem anno.—C.
CARD. MAZELLA, *Præf.*—D. PANICI, *S. R. C. Secr.*

*Episcopus cedere potest throrum suum alteri
Episcopo invitato, etc.*

Quum tanta commeandi itinerum suscipiendorum et perficiendorum facilitas illud etiam commodi attulerit ut Episcopi diversarum Diœcesium sæpius convenient sive ad festum aliquod solemnius agendum, sive ad cœtus episcopales celebrandos, quæsum est: utrum liceat Episcopo Dioecesano thronum suum alteri Episcopo cedere. Hinc Sacra Rituum Congregatio quæstionem super hac throni cessione sibi pluries delatam, studiose pertractare opportunum duxit. Quare ab Emo. ac. Rmo. Domino Cardinali Andréa Steinhuber Relatore, in Ordinariis comitiis subsignata die ad Vaticanum habitis, propositum fuit dubium: An Episcopus Diœcesanus gaudeat jure cedendi thronum suum alteri Episcopo cum Rmorum, Cononicorum adsistentia sibi debita?

Et Sacra eadem Congregatio, exquisito voto Commissionis Liturgicæ, omnibusque accurate discussis atque perpensis, rescribendum censuit: *Affirmative*, dummodo Episcopus invitatus non sit ipsius Diœcesani Coadjutor aut Auxiliarius, aut Vicarius Generalis; aut etiam Dignitas seu Canonicus in illius Ecclesiis. Sicut autem Cardinales Episcopi Suburbicarii aliique Titulares Ecclesiastum Urbis, tantum purpuratis Patribus thronum cedere possunt, ita Præsules Cardinales aliarum diœcesium decet ut suum thronum nonnisi aliis eadem Cardinalitia dignitate ornatis cedant. Die 9 Maii 1899.

Facta postmodum de his Ssmo. Domino Nostro Leoni Papæ XIII per infrascriptum Cardinalem Sacræ Rituum Congregationi Præfectum reiatione, Sanctitas Sua rescriptum Sacræ ipsius Congregationis ratum habuit et confirmavit, die 12 Junii eodem anno.
—C. Ep. Prænest. CARD. MAZELLA.—S. R. C. Præf.—DIOMEDES PANICI, S. R. C. Secret.

SAGRADA CONGREGACIÓN DE INDULGENCIAS

ORDINIS PRAEDICATORUM

I

CIRCA DELEGATIONEM SACERDOTIS PRO ERIGENDA CONFRATERNITATE SANCTISSIMI ROSARII

Ba/issime Pater: Juxta Decretum Sacrae Congregationis Indulgentiarum datum die 20 Maii 1896 ad VI. Magister Generalis Ordinis Praedicatorum pro erigenda Confraternitate SS. Rosarii certum Sacerdotem delegare debet. Cum autem haud raro accidat Sacerdotem ita delegatum ex improviso impediri, quominus die statuto mandatum exequi possit, quin recursus opportunus pro nova delegatione obtinenda possibilis sit, hinc Magister Generalis, ad pedes Sanctitatis Vestræ humiliter pro voluntus postulat ut praeter Religiosum vel Sacerdotem sibi nominatum propositum delegare possit alium Sacerdotem, Episcopo acceptum, quem ille in tali casu sibi substituat, hoc fere modo: «tenore praesentium R^dum. Patrem N. N. vel illum Sacerdotem, Episcopo acceptum, quem hic, ipso forsan impedito, sibi substituerit, delegamus....»

Et Deus, etc.

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XIII in audience habita die 8 Februarii 1899 ab infrascripto Cardinali Praefecto S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis propositae benigne annuit juxta preces. Praesenti in perpetuum valituro. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria ejusdem Sacrae Congregationis die 8 Februarii 1899 F^r. HIERONYMUS M. CARD. GOTTI, *Praefectus.* — L. [†] S. — *Ant. Archiepiscopus Antin.*, Secretarius.

II

TERTIARIIS SAECULARIBUS S. ORD. PRAEDICATORUM ABSOLUTIO
GENERALIS QUATER IN ANNO IMPERTIRI POTEST

Sanctissimus Dominus Noster Leo PP. XIII in Audience habita 18 Maii 1889 ab infrascripto Secretario Sacrae Congrega-

tionis Indulgentiis praepositae, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui Tertio Ordini S. Domicici nomen dederint, benigne concessit ut per hos dies qui infrascripti sunt: 1.^o Natali Domini Nostri Jesu Christi; 2.^o Die solemnii Paschatis Resurrectionis; 3.^o Die 3 Augusti, natali Sancti Dominici Patris legiferi; 3.^o Die 30 Aprilis, natali Sanctae Catharinae Senensis virginis: accipere valeant, juxta ritum et formam à S. Rituum Congregationem praescritam ex Decreto die 7 Maii 1882, Absolutionem seu Benedictionem cum adnexa Plenaria Indulgentia ab iisdem lucranda, qui vere poenitentes, confessi, ac sacra synaxi refecti, ad mentem Sanctitatis suae aliquandiu pie oraverint. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae die 18 Maii 1889. — A Card. Cristofori, Praefectus.—L. ✠ S.—Alex Ep. Oensis, Secretarius.

III

DICTA ABSOLUTIO IMPERTIRI POTEST DIE PRAECEDENTE AUT
SEQUENTE HAS QUATUOR SOLEMNITATES

El P. Procurador General del Orden de Predicadores, expone humildemente á Vuestra Santidad que por Rescripto de la S. Congregación de Indulgencia fué concedida, con fecha 18 de Mayo de 1899, la facultad de dar á los Terciarios Dominicanos la Absolución General con Indulgencia plenaria en cuatro festividades del año, á saber: Navidad, Pascua de Resurrección, fiesta de Santo Domingo (4 Agosto) y fiesta de Santa Catalina de Sena. Pero siendo difícil que en estos días se haga una fiesta especial para los Terciarios á causa de las funciones que todos los fieles celebran, el Orador suplica humildemente que dicha Absolución pueda darse á los Terciarios reunidos el día inmediatamente anterior ó posterior á dichas solemnidades.

Y por la gracia, etc.

Vigore specialium facultatum a Sanctissimo Domino Nostro Leone PP. XIII sibi tributarum, S. Congregatio Indulgen-

tiis Sacrisque Reliquiis præposita benigne annuit pro gratia juxta preces, cæteris servatis de jure servandis. Contrariis qui-
buscumque non obstantibus. Præsenti in perpetuum valituro.

Datum Romæ ex Secretaria ejusdem S. Congregationis die
i Aprilis 1898.—FR. HIERONYMUS MARÍA CARD. GOTTI, *Præ-
fectus.* —L. ~~X~~S. Pro Rmo. Dno. ANT. ARCHIEP. ANTIN.; *Secre-
tario,* JOSEPHUS CAN. COSELLI, *Substitutus.*

COLEGIO SUCURSAL *del Seminario Conciliar de Astorga de
San Francisco de la Puebla de Sanabria.*

Habiendo de conformarse el Plan de Estudios de este Colegio con el del Seminario Conciliar de Astorga se dispone.

1.º Que la matrícula de los cuatro años de Gramática latina con las asignaturas accesorias, y la de primero y tercero de Filosofía estará abierta desde el 10 hasta el 15 de Septiembre; plazo que con causa justificada se podrá prorrogar.

2.º Que los que se matriculen por primera vez, presentarán la partida de Bautismo y certificación de buena conducta, expedida por el Sr. Cura párroco.

3.º Que los exámenes de ingreso tendrán lugar en todo el tiempo que esté abierta la matrícula.

4.º Que los alumnos que hayan cursado en años anteriores en este Colegio presentarán certificación de buena conducta y de haber recibido los Santos Sacramentos de Confesión y Comunión, cuando menos una vez al mes durante las vacaciones.

Puebla de Sanabria 22 de Agosto de 1899.

El Director.

MIGUEL PEREIRA

(Del *Boletin Eclesiástico de Sevilla.*)

Habiéndose suscitado dudas sobre la inteligencia del artículo 65 de los Estatutos porque se rigen las Facultades de Filosofía, Teología y Derecho Canónico de este Seminario Pontificio á causa de que según su literal contexto, ningún grado mayor podía recibirse hasta pasado el bienio, ó sea, los dos años que los alumnos de los Seminarios conciliares deben cursar en el Pontificio y según noticias en Roma se entendía que después del año primero era lícito pretender la Licenciatura, acudimos en consulta á la Congregación de Estudios, la cual por medio de su Secretario nos dice lo que sigue:

Ilme. ac Rme. Domine.

Dubium quod Amplitudo Tua diluendum proposuit huic S. Congni. litteris pridie Kalend. Julii ex parum accurata locutione articuli 65 statutorum forsitan oriri videtur. Sed tum ex diversitate et præstantia graduum academicorum, tum ex cæteris adjunctis dubii solutio erumpit.

Non item sane æquum esse videtur quod requiritur ab iis qui ad Laureæ contendunt, idem requiri debere etiam ab iis qui solum gradum Licentiae cupiunt assequi. Differentia gradus, temporis differentiam inducit. Quare recta articuli 65 interpretatio est, solidum bienum requiri ab iis qui ex alieno Seminario post emensum curriculum illius disciplinæ in qua Lauream adipisci peroptant: is contra qui dumtaxat Licentiam desiderant, sat est ut per unum iutegrum annum scholas celebrent apud istud Seminarium.

Hanc etiam fuisse mentem huic S. Congregationi quum statuta adprobata fuere certum est.

Pergratum mihi est hæc significare Amplitudini Tuæ, cui omnia fausta felicioque adprecor in Domino et meæ observantiae sensus libentissime profiteor.

Amplitudinis Tuæ Ilmæ. ac Rmæ.

Humilimus servus

Joseph Magno a Secretis.

Romæ die 11 Julii 1899,

*Por el M. I. Sr. Arcipreste de esta Sta. A. I. Catedral, celoso Comisario de esta Diócesis,
D. Francisco Rubio, se nos ha remitido el siguiente cuadro para su inserción en el Boletín.*

MINISTERIO DE ESTADO.—SECCIÓN 3.^a

PATRONATO DE LA OBRA PIA DE LOS SANTOS LUGARES DE JERUSALÉN.

RELACIÓN de las cantidades recaudadas por los Sres. Comisarios de Diócesis, en concepto de limosnas, mandas testamentarias, etc., y remitidas por los mismos á este Centro durante el ejercicio de 1898-99, que en virtud del Real Decreto de 27 de Diciembre de 1888, se envía á Tierra Santa.

Diócesis	Fecha en que se hace efectiva.	NOMBRE DEL COMISARIO	CASA A CUYO CARGO VIENE EL GIRO	Ptas. Cts.
Albarracín.	9 Julio	98 D. Telesforo Jiménez.	Entrega D. Joaquín Navarro.	10 » 25 »
Almería.	17 Marzo	99 Antonio Nieto.	Idem, idem, idem.	15 » 180 »
Astorga.	18 Mayo	» Francisco Rubio.	Entrega el mismo á la mano.	99'15 »
Avila.	19 Enero	» Raimundo Pérez Gil.	Id. D. Gregorio del Conde..	156 »
Badajoz.	9 Mayo	» José Henares.	Letra cl al Banco de España.	164 »
Barcelona.	16 Mayo	» Tomás Sánchez González.	Chéque cl al Banco de España.	258 »
Burgos.	20 Enero	» Gerardo Villota...	Letra cl P. Paradinas y Tresgallo.	364'61 »
Cádiz.	18 »	» Juan Galán y Caballero	Letra cl al Banco de España 275'56	85 »
	23 Mayo		Id. cl D. Gregorio del Amo 92'05	
			Libranza del Giro mútuo.	
Calahorra.	6 Julio	98 Fernando Eguizábal.	Letra cl al Banco de España 400	925 »
	26 Enero	99 »	Id. cl D. Luis Bacqué.	250 »
Canarias.	30 Junio	» Bernardo Cabrera.	Chéque cl Salcedo Hijo y C.	231'37 »
Cartagena.	18 Febrero	» Rafael Alguacil.	Letra cl al Banco de España.	510'50 »
Ceuta.	8 »	» Antonio de los Reyes.	Idem, idem, idem.	4 »
Ciudad-Real.	9 Enero	» Eloy Fernández..	Libranza del Giro mútuo.	27 »
Ciudad-Rodrigo.	18 Febrero	» José González Sistiaga.	Idem, idem, idem.	49'50 »
Córdoba.	22 »	» Pedro Moreno.	Entrega D. Bonifacio Marín.	362'13 »
Córdia.	4 Enero	» Eugenio Escobar.	Entrega D. Antonio de Peña 145	304 »
Cuenca.	3 Setiemb.	98 »	Libranza del Giro mútuo.	219 »
Gerona.	14 »	» Gregorio Auñón,	Idem, idem, idem..	68 »
Granada.	17 Abril	» Antonio María Oms.	Idem, idem, idem..	11'50 »
Guadix.	12 »	» Marcelino Toledo.	Letra cl Luis Roy Sobrino.	390 »
Habana.	28 Febrero	» Manuel López Martínez.	Chéque cl Llaguno y Comp.	85 »
Huesca.	30 Junio	» Francisco Clarós y Río.	Entrega D. Angel Castellano	13,411'35 »
Ibiza.	11 Noviemb.	» Pablo Hidalgo.	Letra cl al Banco de España,	257'20 »
Jaca.	3 Febrero	» Juan Torres y Rivas.	Entrega D. Miguel Mari.	35 »
Jaen.	23 Mayo	» El Ilmo. Sr. Obispo.	Letra cl D. Francisco Morana.	34,305 »
León.	12 Enero	» D. Cristino Morondo..	Libranza del Giro mútuo.	60 »
Lérida.	19 Mayo	» Juan de la Cruz Salazar.	Letra cl al Banco de España.	1,322'65 »
Lugo.	21 Abril	» Crescencio Estorzado..	Id. cl P. Alfaro y Comp.	25 »
	12 Mayo	» Tomás Suárez.	Libranza del Giro mútuo.	20 »
	20 Enero		Entrega por recaudado en Julio.	
	7 Octubre		Agosto y Sept. del 98.	222'62 »
Madrid.	30 Dcubre.	» Valentín Callejo, Guarda-	Id. por Oct. Nov. y Dic. id.	728'88 »
	6 Abril	Almacén de Santuarios.	Id. por Enero, Feb. y Mar.	372'15 »
	30 Junio		Id. por Abril, Mayo y Junio.	547'79 »

Idem.	3 Enero	» Entrega D. Domingo Carballo. Por legado de D. Juan Rivas, Lugo 10.000 "
Idem.	7 Abril	» Id. D. Antonio Bonifaz. Por legado de su señor padre. 50 "
Idem.	31 Mayo	» Id. D. Lorenzo Alvarez Capra Por id. de su Sr. padre D. Antonio.
Málaga.	6 Agosto	98 Letra c/ al Banco de España 587'25 1.018'10
Mallorca.	15 Junio	99 D. Eduardo del Río. Id. c/ Sres. Urquijo y C. 430'85
Manila.	25 Mayo	» Matías Compañy. Letra c/ D. Ramón Espino. 272'23
Menorca.	22 Febrero	» Bernabé del Rosario. Id. c/ al Crédit Lyonnais. 1.063'45
Mondoñedo.	28 Enero	» Antonio Sientes. Id. c/ E. Sainz é Hijos. 412'80
Orense.	26 »	» Jesús Carrera. Libranza del Giro mútuo. 225 "
Orihuela.	15 Abril	» Salvador Martínez. Idem, idem, idem. 14 "
Osma.	28 Febrero	» Juan Ruiz Ramírez. Letra c/ G. Rolland, Hijo. 780 "
Oviedo.	19 Junio	» Pelayo Ruiz. Id. c/ Viuda de Eustaquio Cerezo. 400 "
Palencia.	7 Octubre	98 Antonio Sánchez Otero. Entrega el mismo á la mano 750 "
Pamplona.	6 Febrero	99 Juan Antonio Castillón. Letra c/ al Banco de España 310'90
Puerto Rico.	14 Enero	» Juan Cortijo. Id. c/ Simón López y Hermano. 67'55
Salamanca.	7 Junio	» Miguel Herrero. Chéque c/ al Banco de España. 4.159,62
Santander.	14 Enero	» Wenceslao Escalzo.. Letra c/ E. Sainz é Hijos. 249'05
Santiago.	10 Mayo	» Ricardo Rodríguez.. Letra c/ al Crédit Lyonnais. 502'65
Segovia.	14 Enero	» Salvador Guadilla. Entrega D. Ricardo Torres. 68 "
Sevilla.	29 Abril	» Ildefonso Población. Id. D. Felipe Susarreta. 246'25
Sigüenza.	9 Marzo	» Juan Pastor. Libranza del Giro mútuo. 25 "
Tanger.	8 Febrero	» El Prefecto de las Misiones. Por limosnas recogidas. 400 "
Tarazona.	13 Abril	98 D. Joaquín Carrión. Entrega D. Ignacio Alberico 250 "
Tarragona.	23 Dcbre.	» Salvador Tarín. Libranza del Giro mútuo. 15 » 265 "
Tenerife.	4 Enero	» José Francisco Padilla. Entrega en metálico. 50 "
	12 Abril	»
	15 »	» Libranza del Giro mútuo. 100 "

Teruel.	9 Enero	» Blas Espallargas. Idem, idem, idem. 30 "
Toledo.	4 »	» Salvador Valdepeñas. Letra c/ al Banco de España. 1.546'16
Tortosa.	14 »	» Julián Ferrer. Id. c/ á D. Luis Bacqué. 216 "
Tuy.	9 »	» José Rodríguez de Pérez. Id. c/ Sres. Sobrinos de Céspedes. 239'69
Urgel.	20 »	» Vicente Porta. Libranza del Giro mútuo. 30 "
Valencia.	12 »	» Salvador Montesinos. Chéque c/ al Banco de España. 3.972 "
Vich.	13 Abril	» Sebastián Alberch.. Letra c/ Luis Bacqué. 258 "
Vitoria.	18 Enero	» Andrés González de Suso. Id. c/ D. Julián Moreno. 2.692 "
Zamora.	30 Junio	» Fernández Iglesias. Libranza del Giro mútuo. 20 "
Zaragoza.	11 Abril	» Antonio Rosillo Puerta. Letra c/ Crédit Lyonnais. 200 "

TOTAL QUE SE REMITE. 52.556'43

NOTA.—Han justificado la no remisión de la cuenta, las Comisarías de Barbastro y Valladolid y por hallarse vacantes las de Plasencia y Segorbe; y han manifestado no haber obtenido recaudación alguna, las de Alcántara y Tudela.

Importa la presente relación las figuradas cincuenta y dos mil quinientas cincuenta y seis pesetas cuarenta y tres céntimos, salvo error.

Mérida 1.^o de Julio de 1899.

V.º B.

El Jefe de la Sección,
Ramón Gutierrez y Ossa.

El Interventor,
Luis Várcarce.

33
—

MOVIMIENTO DEL PERSONAL ECCO. DE LA DIÓCESIS.

Han sido nombrados ECONOMOS

- | | |
|---|--------------------------|
| Para San Juan de Barrio Boisán. | D. Joaquin González. |
| Para Folgoso de Mallo. | Ribia,) D. José González |
| Para Azáres | Rodríguez Arias. |
| Para Villar de | Simón Vara Sandin. |
| Para Castro | Manuel Simón. |
| Para Sta. Cruz | (Valdeorras) D. Ma- |
| nuel Martínez Méndez. | nuel Martínez Méndez. |
| Para San Pedro de Trones (Ribera de Urbia,) | D. José Alva- |
| rez Rodríguez. | rez Rodríguez. |
| Para Carbayal (Valdeorras) | D. José Fernández Nuñez. |
| Para Los Montes (Boeza) | D. Esteban Calvo Carro. |
| Para Escuredo (Sanabria,) | D. Pedro de Luis Méndez. |
| Para El Ganso (Somoza) | Andrés Escobar Martínez. |

ANUNCIO

BREVIARIOS PARA VIAJE.

Breviarium Romanum.—Un tomo en 32.^o con cuadernos, tamaño 12 por 7 centímetros. El Salterio y Común de los Santos forman el cuerpo de este Breviario; la demás materia está dividida en cuadernos cada uno de los cuales contiene por entero la parte propia sin citas de un cuaderno á otro. Encuadrado en chagrin negro superior, cortes dorados, 21 pesetas.

Breviarium Romanum.—Dos tomos en 18.^o tamaño 14 1/2 por 8 1/2 centímetros letra regular, encuadernación chagrin negro superior, cortes dorados 24 pesetas.

Recomendamos estas ediciones por las grandes ventajas y comodidades que reportan á los Sres. Sacerdotes, en sus viajes.

NOTA.—Si en los Breviarios por cuadernos, se le extraviase alguno de ellos al comprador, tambien los vendemos por separado
Véndense en esta Imprenta.

Astorga.—Imp. y Lib. de la Viuda é Hijo de López, Rua antigua, 5 y 7